Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ut exercitu cursus inducere: qui dissolutus
non facile cogebat. ¶ Hec cum no ordinare: nec
constituere, Labor magis quam exercitus adfuit: cum
ipsis tantum esse comeatum: quum quisque profectus
si necessarium ferre potuit: Et cum non facile
filios: vxores: propriamque regionem quisque re-
linqueret: ¶ Adhec nuntij ac litere Alexandrum
perturbant: et maiore sollicitudine incerti: Cum
illi quibus Illyrici presidia commissa erat, signi-
ficarent: Germanos Rhenum et Istrum tran-
sientes, Romanum imperium affectare: Castra
ripis Rheni imposuisse: Ciuitates ac vicos
populari: Non parum hinc finitimis Illyrii
populis instare periculum: ac cetteris Italie ci-
uitatibus. ¶ Proinde sua presentia suoque exercitu opus
esse. ¶ Hec ita significata Alex. et Illyrios
Milites admodum sollicitat: qui bello presto
magnam cladem perpessi erant: et nuc suos
a Germanis destrui audiebant. ¶ Quare id
egre ferebant: ex res in oriente prosperas
et timorem edite fuissent: et rebus a re
ad Septentrionem gerendis, desidia et segnitia

Renus.
Ister.
Alex.
" et Alexandrum id habebant